

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

1320 giugno 12, Ind. IV, Camarda [oggi Bernalda]

† In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo vicesimo. Regnante... Roberto, Dei gratia ... rege Ierusalem, Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedemontis comite, regnorum eius anno duodecimo ... mense iunii, die duodecimo eiusdem quarte indictionis, apud Camardam.

Ego Urso de Ogiano, de eadem terra Camarde, presenti puplico fateor instrumento quoniam in presentia Nicolai de Pomarico, Camarde iudicis, Francisci de Iohanne, puplici eiusdem terre notarii et testium subscriptorum ... de eadem terra ... vendidi ac per fustem liberando transactive tradidi magistro Simeoni Neophido, de Camarda, domum unam meam cum orto uno sibi contiguo, sistenti retro domum eandem et cum fovea una, sistenti ante domum eandem, quam habebam ... in eadem terra Camarde, subscriptis finibus designatam, pro unciis tribus, tarenis septem et medium ... Cuius predicte domus et orti hii sunt fines, videlicet primus finis est paries proprius introitus et exitus eius et platea propria ante se, in qua platea comprehenditur fovea supradicta; secundus finis est paries proprius et via publica et protenditur ipse paries recta linea usque ad sepem orti predicti et deinde sepi ipse proprius circumdat ortum ipsum usque ad sepem communem inter ortum ipsum, ortum presbiteri Angeli et ortum Salerni; tertius finis est paries proprius; quartus et ultimus finis est paries proprius et strictola communis inter ipsam domum et domum Salerni, ex qua strictola est introitus et exitus orti predicti ... Quapropter ... guadium ei[dem, magistro Simeoni et] fideiussores constitui Nicolaum de Thomasio et Riccardum de Solomagno ... Quod si facere

et adimplere noluerimus vel nequiverimus ego vel mei
heredes, obligo me meosque heredes dare et componere
sibi vel suis heredibus pene nomine augustalia auri duo
et totidem curie ...

Ego Nicolaus de Pomarico Camarde iudex qui supra

Ego Rogerius de Iudice pro hoc testor

Ego Laurendius Piezarillus hoc testor

Ego Marinus de Tarento testis sum

Ego Petrus de Birardo hoc testor

† Ego Nicolaus de Thomasio hoc testor

† Signum crucis proprie manus Riccardi de Solomagno

† Signum crucis proprie manus Nicolai de Ogento